



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Lidvina Virgo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

e Ducis
nonien-
somnia
cogno-
tura. Si-
ni nomi-
& Bal-
accessive
ad om-
070 vi-
oluit vi-
tualium
e Bono-
atis, Mo-
tuagena-
e Wasti
ransferre
tius illud
a repere-
re pluri-
runt fan-
pulerum
ox histo-
vus Wa-
nium ha-



S. LIDVINA VIRGO.

Humilis morborum tolerantia.

Deus qui in B. LIDVINA Virgine, va-
riis morbis afflicta, admirabilis tole-
rantia exemplum fidelibus tuis tribui-
sti; da ut per ipsam & cum ipsa humili-
ter feramus in terris, per qua æterna
præmia mereamur in cælis.

Ora pro infirmis lecto affixis



Hanc causam scripsit

Schidami, Hollandiæ oppidulo tenui, in tenuiori parentum fortuna an. 1380 nata LYDWIGIS seu LIDVINA, octennis pie Deiparam colere, duodennis virgo manere ex voto cœpit. Quindennis, ex lapsu supra glaciem affixa lecto, gradum fecit ad summam illam sanctitatem, quam vitæ ejus admirabilis historia declarat, una cum raptibus visionibus ac miraculis ejus Belgice descripta à Joanne Gerlaci, cognato ejus ac teste oculato, Confessarii relationibus adjuto; Latine deinde à Joanne Brugmanno, Apostolici zeli & Prophetici spiritus concionatore, nec non per Vener. Thomam à Kempis. Ex eorum scriptis discimus invictam ejus per annos 38 tolerantiam: quorum ultimos 19 certissimò constat solo Eucharistiæ cibo tractos, usque ad an. 1433, quo obiit, tertia feria Paschali. Tumulum habuit in sacello ædis principis, nomen inde adepto, usq; ad an. 1615. Tunc piorum Catholicorum studio recepta ossa, Bruxellas furtim translata fuerad Belgii Principes Albertum & Isabelam: quæ ibi nunc ex liberali eorum dono, partim in Basilica S. Gudulæ, partim apud Teresanas honorantur.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut habitet in me virtus Christi. 2 Cor. 12.